

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum  
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem  
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum  
festiuitatibus habitae

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII**

Iesus vt in externis vitæ constitutus siti aruerit, felle atque aceto potatus  
sit. Conc. XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

236 IOAN. LANS. CARTHVS. THEOREM. XXVI.  
autem sic loqui, quasivoluerit Iudeos in memoriam, quid de se scripsi fuisse  
reducere.

I E S U S - U T I N E X T R E M I S V I T A E C O N S I  
in his siti aruerit, felle atque acetato potatus sit.

Articulus  
de siti Iesu  
notatus di-  
gnus.

Exod. 16.

Num. 20.

Ingratitu-  
do Iudeo-  
rum quanta

Exod. 13.

Circa hanc Christi sitim non incongruè huiusmodi articulus formatur: Is qui Iudeos ut potaret sitiens, aquam Hæc petra eduxit, qui quis idem aquas amaras, ne præ siti deficerent, immisso ligno dulcedidit atq; potabiles, in extremis vitæ constitutus atque siti arescens, non habuit qui aquæ sibi guttam porrigeret, habuit verò qui fel acetumq; ministrat sitiens. Hic articulus quamvis ut sermone deduceretur singulari, non dignus foret, paucis tamen ut intelligatur, potest explicari verbis: idcirco hunc eundem sermonem artabimus. In Exodo legimus, quomodo dum pulus Hebræorum pro aquæ penuria murmuraret siti laborans, eduxerunt per Mosen Dominus aquam de petra in Raphidim refocillaueritq; siti borantes. Simile quid in Numeris legimus, quomodo sitiens eosdem aqua de petra in deserto Syn educta, refecerit. Vide igitur nunc, quantam suu ha benefactori Iudei ingratisudinem repandant. Sitiebant illi, & bis ipsi de minus, quo eos molestia leuaret, aquam de petra eduxit sitiensibus. Neque nim pietas eius diuina admittere portuit, siti populum suum diutius affligrinum miraculo etiam illi prouideret, ut petra arida profunderet aquam. Sciebat quidem futuram Iudeorum erga se ingratisudinem, qua postmodum annos erat retaliandus, puta ut quomodo illis aquam, quæ naturaliter modo obtineri non poterat, è petra eduxit, ita illi postea in cruce sitiens, num à pijs hominibus sibi datum ehibentes essent subtracturi, aquam incidentes negaturi, fel & acetum ministraturi. Licit enim acetum à militi referatur Christo propinatū, Iudeis tamē acceptū referendū est, quicquid persecutionis Christo in illorū gratiam irrogatum est. Vide etiam quam appositè pro beneficio persecutionem, malumq; pro bono ingratissimi reddiderunt. Cum Hebræorum g̃ns in Marath ad aquas sitiret amaras, proprius quod nemo illis per amaritudinem posset vti, ostendit eis lignum: quo aqua immisso, versæ sunt in dulcedinem. Eadem nunc gens congrua solitaq; sita ingratisudine respondens Christo sitiens, liquorem quemvis potabilem subtrahit, felleum ministrat: Hæc inquam quamvis præsciret Dominus, nihilominus tamen in deserto ijs sitiensibus, querulantibus, atque adeo plorantibus, potum dedit.

Precatio pro Dei perfecta dilectione.

Christe Iesu misericordissime & clementissime, per amorem tuum immenso obsecramus, & per cunctas miserationes tuas, aufer a nobis omnem proutum vitiosumq; amorem, & tuo nos amore potentissimo fermentans, aple ut fedeat nos cuiuscunque gaudijs, quod est sine te, & delectet nos omnis laetitia est pro te: in nulla re aliud queramus nisi te: & plenissima fide & dilectione nos astringentes & relinquentes, projiciamus in te, qui es benedictus in secula Amen.

Dl